

Deipara à
rotu Trinita
te custodita.

31.
Cantic. 4.

Nicomedi.

Arabic.
In Deipara
nec peccatum
originale, nec
actuale.

Sophonius.

D. Damasc.

Munita sig
illo Trini
tatis.

33.
Cantic. 2.

Hebraeus.

Hierem. 9.

Septuaginta

Cornel.

premi Regis Marianus thronus, absque ulla levissima peccati macula illi barus, ac purissimus seruetur, in hoc negotio, sic excubant tres divinae personae, at nec Seraphim, nec Cherubim, nec Angelis hoc committatur, sed ipsae tres divinae personae undequaque illum protegent, tuerentur, ac muniant tanquam suo divino sigillo, maxime in huius rei confirmationem.

Secundò, suam virginem sponsam alloquitur divinus sponsus, Cantic. 4. num. 12. Hortus conclusus, soror mea sponse hortus conclusus, fons signatus. Ad quae verba sic ait Gregorius Nicomedensis serm. 5. & maxime ad Mariam immaculatam Conceptionem: Vere illum signatum fontem dixerim, ex quo manant purissimi latices, in quo turbidi luti nulle sunt deprehense reliquiae. Videtur facere allusionem ad Adamum de limo terrae formatum, ac proinde, quamvis ex natura sit virgo ejus filia, tamen ex ejus limo, ac turbido, & fetoso luto, nullum squalorem generatione contraxit. Turbidi luti nulle sunt deprehense reliquiae. Et inde omnium virtutum purissimi latices manarunt. Perpende verba Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, seu ut legit Arabicus sigillatus; dicitur soror, & sponsa Christi, cum his dicitur hortus conclusus, in eo exitit soror, & sponsa Christi quia fuit hortus conclusus, peccato originali, & actuali; & inde fons signatus, seu sigillatus sigillo sanctissimae Trinitatis; ut scribit Sophronius sermone de Assumptione Deiparae, & ait, Vere hortus deliciarum, in quo consistunt universa florum genera, & odoramenta virtutum, sique conclusus, ut nesciat violari, neque corrumpi, ullis insidiarum frandibus, fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis, ex quo fons vitae manavit Sic Deipara est hortus conclusus, ut nesciat violari, neque corrumpi, ullis insidiarum frandibus. Quod præclare dicit D. Damascen. Orat. 2. de Assumptione. Ad hunc paradisum serpens aditum non habuit. Cujus rei rationem videtur innuere Sophronius, cum dicit signatum sigillo totius Trinitatis; & quod tanto sigillo est obagnatum, quis illud violare audeat?

Tertio De suo dilectissimo Sponso loquitur sanctissima Deipara, Cantic. 2. num. 8. Ecce iste venit saliens in montibus, transliens colles, quod indicat magnam celeritatem veniendi, quod vivacius explicat Tex. Hebraeus; Ecce iste venit contrahens se super colles. Qui fortiter, ac velocissime salire voluit, membra, & vires contrahunt, ut validius, ac pernicius saliant, & currant, sed ad quid tam accelerata velocitas Subdit text. En ipse stas post parietem nostrum respiciens per fenestras prospiciens per cancellos. Tam præpropere venit, est commune cogitatu ut Conceptioni Deiparae adit; nam ait Hieremias. Ascendis mors per fenestras. Hieremi. 9. num. 21. Inde tam velociter currit saliens per montes, & colles, ut præoccupans fenestras, & vigilans per eas; ne peccati mors ingrediarur ad sponsam, tamen quid sublimius cogito in illo; quod additur, Prospiciens per cancellos. Septuaginta, & multi Patres legunt Prospiciens per resia, hoc est, explicat Cornelius per fenestras reticularas. Solent pervigiles custodes tritici, in fenestris

ponere retia, ne minima avicula valeant ingredi ut triticum comedant, & aliquam inferant laesionem, hac metaphora explicat Divinus Spiritus supremam suam providentiam erga Virginem Mariam, quam tanis gratiis, & privilegiis ex omni parte tanquam reticulis communit; ita ut nulla avis infernalis, ex multis, quae per aërem grassantur, ac cursitant, & multos multa clade opprimunt, nulla tamen potuit Mariam etiam levissime attingere, vel parvissimo mortu offendere, & ejus gratiae granum minuire, vel impedire. Cate-na trium Patrum apud Ghislerium in Appendice, sic ait: Instar retium multo virtutum complicatarum contextu, fenestras communitas dicit; Hoc est ex aëris spiritibus nullus furim ingrediarur, atque reconditum divinae disciplinae semen corrumpat.

Quarto, De summa, & alta Dei potentia loquens Regius vates 1. sal. 77. num. 69. ait: Edificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra quam fundavit in saecula. Seu ut alii legunt in aeternum, ut Græcus. Valde rara, & admirabilis onis rei cum altera comparatio, nam ubi nos habemus sanctissima legit Arabicus sanctuarium. Cur non potius adducit in comparationem leonem ob suam fortitudinem, ad vigilantem custodiam, vel Aquilam ad solem contemplandum, sed unicornium proponit; Absque debio magnum mysterium hic latet Unicornium, ut de eo scribit Plinius lib. 20. cap. 13, & plura Pierius, ejus cornu multam vim, ac efficaciam habet ad depulsum omne venenum, upde tali litera frequenter depingitur venena pello, tantam contraxerat, tantamque virtutem natura in ejus cornu indidit, ac occultavit, ut quidquid attingit, quamvis sit veneno infectum, statim venenum deperditur, & in saliferum transmutatur, tali ergo virtute Deus templum, sanctificium, seu sanctuarium suum construxit, ac edificavit: Restat modo inquirere, quodnam sit hoc sanctificium, seu sanctuarium? Aliqui de templo Salomonico sunt interpretati, tamen videtur repugnare cum littera, dum dicit, fundavit in saecula, seu in aeternum. Templum autem Salomonicum, omnino fuit destructum, ac devastatum. Alii, ut D. Basilius, D. Chrysostom, Noster Incongnitus, Cassiodorus, & plures de Ecclesiastica militante in terris exponunt. Præclare tamen D. Bonaventura in speculo cap. 23. totum locum de sanctissima Deipara intelligit, & ait Mariam sanctuarium sibi construxit Deus ut unicornium. Sicut enim hoc animal à primæva sua natura; à suaque prima formatione talem habet virtutem, ut nullum venenum nec in se, nec in his, quae tangit, admitat, sed illud omnino valeat propulare, destruere, ac dissipare; sic Deus suum sanctuarium Mariam edificavit ut à sua primæva natura ac sua prima formatione ejus divinae gratiae virtute, nullo peccati veneno inficeretur; sed illud totaliter à se reiceret, ac excluderet. Sic ait Symon Metaph. serm. de B. Virg. Omnia mortifera damnationis venena depello. Ut ita fieret condignum Omnipotentis Dei templum, nobisque omnibus salutiferum sanctuarium.

Quinto, Loquens sanctissima virgo de eterno

D. Spiritus
communit
virginem;
ne avis in-
fernalis ei
noceret.

Cate-na Pa-
trum.

34.
Psal. 77.

Græcus.

Arabic.

Plinius.
Picinius.

D. Basilius.
D. Chryf.
Incognitus.
Cassiodor.
D. Bonaven.

Deipara in
sua prima
formatione
sine peccati
veneno.

35.

Origenes.
Carp.
Philo.

Eccles. 24.

Cantic. 1.

Carmelita.
Soto.
Ghisler.
Theodor.
U. Bern.

Origenes.

Deus alic
previdit, ne
Virgo Maria
laderetur à
Diabolo.

36.
Psal. 71.

Amad.

Adamus ex
para terra
formatur in
de & à for-
tiori Chri-
stus.

eterno decreto, quod Deus prædixit, venire ad illam, ut carnem sumeret, ait. Ecce iste venit saliens in montibus, transliens colles, hoc est, ut exponunt Origenes, Philo, Carpatius, transcendens omnes Prophetas, & Patriarchas, Angelos, & Archangelos; unde ipsa purissima Virgo de se ait: Ante omnes colles ego parvuriebam Ecclesiastic. 24. Et quomodo ipse dilectus sponsus ad se veniat, statim explicat. Similis est dilectus meus caprea, hinnuloque cervorum. Cantic. 2. n. 9. & cur Deipara suum adventum sponsum cum his animalibus comparat; Ratio est in promptu, quia inter omnia animalia sunt velocissima; unde apud Antiquos pro velocitate denotanda, talia animalia depingebantur; tamen aliquod sublimius communitur excogitant in presenti interpretes, Ioannes Carmelita, Ludovicus Soto, Major, Ghislerius, Cornelius, & alii ex Theodoro, D. Bernard. serm. 54. Caprea acutissimo visu pollet, & valde remota ac longinqua videt, & penetrat. Unde à videndo dicitur apud Græcos Dorcas; cervi verò hoc sibi ipsi proprium vendicant, ut halitu suo serpentes e carvenis extrahant, eosque interficiant, & vorant, Origenes homil. 2. ex duobus sic ait: Salvator meus Dorcas vocatur in contemplatione, quia acutus videt: cervus iuxta opera, quibus interficit serpentes. Ecce valde sublimis explicator adventus divini Verbi ad Virginem Mariam, saliens super montes transliens colles Prophetarum, & Angelorum, veniens tanquam caprea acutissimo visu à longinquo, seu ab æternitate penetrans, & videns omnes insidias, & machinationes Adversarii & tanquam hinnulus cervorum halitu suæ divinae gratiae, ipsum peremittit, ac interfecit, ut nec parvam laesionem, nec minimum mortuum posset inferre, ut in omnibus ab illo Maria Virgo intacta permaneret; unde sic ait Origenes citatus. Christus cum ad Mariam Virginem venit, salit quatenus sit in ea fons aquae salientis in vitam aeternam.

Sextò, Loquens David de adventu filii Dei in mundum ait Psal. 71. num. 6. Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Venit imber divinus Filius Patris ad uterum Mariæ Virginis, ut pluvia super terram, Et cur Deipara in suscipiendo Dei filio terræ comparatur? Cur non alio nomine dicitur? Ex multis, quibus decantatur ut Electa ut Sol, psychra ut Luna Aurora consurgens, Domina cæli, Regina Angelorum, &c. Sed tantum terra nuncupatur, quod est quid vile, & abjectum, Præclare D. Anadæus homil. 3. de la tribus Mariæ. Præfata terra eandem Virginem demonstrat, terra nomine appellatam, propter quandam similitudinem. Sicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullum passa contagium formatus est; sic terris terræ Virgo novum Adam procreavit. Cum Prophe-ta facit mentionem de adventu filii Dei in uterum Virginis, nullo alio nomine utitur, nisi terræ allusionem faciens ad terram, de qua Adamus fuit formatus. Terra illa, de qua primus Adamus sumptus est, omni paritate fulgebat, totius expertus contagii, à fortiori eandem, inde à majorem puritatem, excellentior novus Adamus Christus requisivit in matre, de qua nascebatur, ut nullum origi-

nalis macula haberet contagium Sicut enim
vetus Adam de terra incorrupta, nullumque
passa contagium formatus est: sic terris terræ
Virgo novum Adam procreavit.

QUÆSTIO VII.

Sanctissima Maria in primo instanti sua
Immaculata Conceptionis, magne gratia
fuit communita, ut nullam maculam
peccati Originalis contraberet.

Primò, præclare D. Bernardus loquens de Sanctiss. Deipara serm. 2. super Missus est, de ea sic scribit. Procul, & de ultimis finibus pretium ejus hoc est non vile, non parvum, non mediocre, non denique de terra, sed de cælo: nec de cælo proximo terris pretium huius mulieris, sed à summo cælo egresso ejus. Psal. 118. numero 7. Primus egressus Mariæ dicitur de cælo, & non de quolibet cælo, sed à summo cælo; hoc est Empyreo, in quo ut ait Joannes in sua Apocalypsi 21. num. 27. Nil est coinquatum. Primus egressus Mariæ exitit in sua Conceptione, atqui cum iste egressus sit à summo cælo, in quo nihil est coinquatum, nil macula potuit secum importare, sed omne defectuosum excludere, & secum omne purum, & sanctum importare: cum egrediarur à summo cælo, in quo viget, & floret omnis puritas, & sanctitas.

Secundò, ait Joannes in sua Apocalypsi, cap. 21 n. 2. Vidi civitatem Sanctam Hierusalem novam descendentem de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Per hanc Civitatem graves Patres intelligunt Sanctissimam Virginem Mariam, ut retuli rom. 1. in Apocalypsi citato cap. 21. quæst. 3. n. 32. Ipsa enim est Civitas Regis Magni. Psal. 47. num. 3. Et sicut levantium omnium habitatio est in te. Psal. 86. num. 7. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Psal. 45. n. 5. tamen insurgit difficultas, quomodo dicitur descendentem de cælo; solus enim Christus descendit de cælo, Ioan. 3. n. 13. Deipara autem in terris progenita, & nata est, ut Adami filia; quomodo ergo descendentem de cælo. D. Augustinus lib. 20. de Civitate, cap. 17. De cælo descendere civitas ista dicitur, quia celestis est gratia, qua Deus illam fecit. Verum est, quod Deipara cum humana natura in terris producit, tamen celestis gratia formata, ac donata est. Quia celestis est gratia, qua Deus illam fecit. Ex hoc tamen gravior suboritur difficultas. Nam ait D. Augustinus quod Deus illam fecit sua gratia, sed inquit celestis gratia; nam ejusdem naturæ, ac speciei est gratia; quæ in cælo justificat Sanctos, ac illa, quæ in terra mundat homines, ac delet eorum peccata; ex quo vide ut bene inferri superfluum esse verbum, Cælestis: tamen non exabundat verbum; sed alta consideratione positum est. Quamvis enim gratia una sit in sua essentia, & eadem secundum suos effectus; tamen hanc divinitatem admittit, quod in terra datur hominibus infectis peccato originali; ut ab illa mundentur.

37.
D. Bern.

Psal. 118.

Apoc. 21.

Deipara in
sua conce-
ptione egressa
est à summo
cælo.

38.
Apoc. 21.

Psal. 47.

Psal. 86.

Psal. 45.

D. August.

mudentur, ac iustitia dealbentur, Iob. 21. Nemo mundus a forde, neque infans, cuius unius diei est vita. At vero Angelis in celo gratia communicata est in primo instanti, eorum creationis ac proinde simul cum ipsa gratia fuerunt creati, unde est illud celebre dictum D. Augustini, Deus erat simul condens naturam, & largiens gratiam. Cum ipsa creatione naturae gratia infundebatur. In infusione, ac communicatione gratiae in Deiparam, quem modum observavit Deus, nobis aperiat Regius vates, A summo caelo egresso eius Et D. Augustin. Celestis est gratia, qua Deus illum fecit. Si enim gratia, qua data est Angelis, inde dicitur celestis, quia in eis communicata est cum creatione naturae, inde & recte gratia Deiparae celestis nuncupatur, & quia ei in primo suae productionis instanti infusa est, & sic decens erat ut illa, qua inaugurata erat Regina Angelorum, ipsis Angelis excellentior haberet, magna infusione gratiae ei in sua creatione data.

D. August.

Deipara creata est simul cum gratia in instanti Angelorum.

39. Cantic. 6.

Guillelm.

In Maria mihi deest ad gratiam

D. Athanas.

40. Cantic. 5.

Ose 6.

vestra quasi nubes masulina, & quasi ros mane pertransiens. Iesai 45. num. 8. Korate caeli desuper, & nubes pluant iustum. Econtra vero guttae noctium peccata adumbrant, ut satis est vulgare in scriptura, & in praesenti notant, D. August. tract. 57. in Joan. D. Gregor. Papa, Cassiodor. Philo. Carpathius. Iustinus, Beda. Anselm. & ait D. Ambros. lib. 3. de virginib. Circa medium, sicut ros caeli nocturnas amovere siccitates. Ita Ros Domini nostri Iesu Christi nocturnis, & secularibus tenebris aeternae vitae stillavit humorem. Cum venit Christus, dicitur Caput eius plenum rore, & cincinnati guttis noctium. Quod venit ad delendum peccatorum tenebras; sed quid est in rem noctram, quod cum venit ad Virg. Mariam. Dicuntur guttae noctium: Cur non potius in singulari, Gutta noctis. Cum ad sanctissimam virginem venit D. Sponsus ut ab ea rore gratiae propulset omne peccatum, ait in plurali guttis noctium; nam nox significat peccatum actuale 1. ad Thesalonico. 5. num. 5. Vos filii lucis estis, & non sumus noctis, nec tenebrarum. Significat etiam nox peccatum originale. Iob 3. num. 3. Pereat nox, in qua dictum est, conceptus est homo. Appositè quidem cum divinus Sponsus advolat ad virginem ait: Caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium. Accedit divinus Sponsus, ut ab illa excluderet, ac projiceret omne peccatum, sive actuale, sive originale, nullaque eorum macula posset illam inficere vel ad eam aditum habere, cum undique splendore gratiae esset munita. D. Bernard. serm. in signum magnum dicit Omnia in ea tam excellenter irradiata noscuntur, ut nihil in ea, non dico tenebrorum, sed obscurum saltem, vel minus lucidum liceat suspicari.

Iesai. 45.

D. August. D. Gregor. Cassiodor. Carpathius. Iustinus. Beda. Anselm. D. Ambros.

1. Thesal. 5.

Iob 3.

Deipara maxime castissima ab omni peccato actuali & originali.

D. Bernard.

41. Cantic. 5.

Damian. Psal. 73.

D. Bernard.

Quinto. De B. Virgine proclamatur Cant. 6. numero 9. Qua est ista, que progreditur, quasi Aurora confurgens. Sicut solis nomine Christus significatur, sic Aurorae vocabulo sanctissima virgo adumbratur. Ut asserit Petrus Damian. serm. de Assumpt. his verbis Psal. 73. numer. 16. Tu fabricatus es Auroram; id est, Virginem, & solem, id est Christum, qui de Spiritu Sancto est conceptus, Peridonee Aurorae vocabulum sanctissimam Deiparam denotat inter caliginosas noctis tenebras nitens Aurora exurgit, nil de tali caligine obscurum in se admittens, sed tota scintillans, ac fulgens noctem fugat, nam ubi primum Aurora apparet, iam nox praecedens remulenta densitate desit, lucidis Aurorae speculis splendide interempta; & iam diurnae lucis est inchoatio, & praenitens incipientis diei auspicium. Sic pura, & mystica Ecclesiae Aurora. Deipara virgo, etsi de tenebris humanae naturae caligine peccati originalis prodeat, tota ipsa fulgore gratiae resplendens nec in minimo de tali tenebrositate obscuratur, nec in se aliquid trahit, & omnes peccati obscuritates dissipans, advenientis sempiterni diei lucem Christum Dominum iam denuntiat. D. Bernard. serm. 4. super Salve Regina, sic Virginem alloquitur. De te secretorum conscius Salomon dicit: qua est ista, que progreditur, quasi Aurora confurgens? Aurora semper noctem sequitur; nox praecedit Auroram; quid autem est nox frigida, & obscura, nisi originale peccatum; frigidum

Reffe Deipara dicitur Aurora, quae noctis tenebras excludit, & in se non admittit

42. Jerem. 58.

Iesai. 16.

Rom. 5.

Apoc. 1. Apoc. 19. Deipara in gratia refert similitudinem filii sui

D. Amad.

43. Zachar. 4.

D. Cyrill. D. Hieron. Rupertus. Ephes. 1. Acados. Galatinus.

frigidum concupiscentia, obscurum ignorantia, Tu vero processisti, ut Aurora lucida, & rubicunda. Nox praecedit Auroram, noctis tenebras Aurora dissipat, ac destruit; omnem illius obscuritatem a se rejiciens destruit nihil de illa in se admittens. Quid autem significat nox; quid autem est nox frigida, & obscura, nisi originale peccatum. Cum ergo Maria sit Aurora, nihil de tali noctis obscuritate, ac peccato originali participavit, & omnino ab illo fuit immunis & expert, ut Aurora, & lucida & rubicunda, & inquam lucida eximia ac summa puritate, rubicunda ferventi charitate in Deum. Sexto. Variatur Jerem. 18. n. 14. Nunquid deficiet nix de petra Libani; per interrogacionem loquitur Propheta; & supponit responcionem, quod nunquam ipsa nix deficiet de petra Libani: haec autem petra Sanctissimam Virginem representat; juxta Iesaiam 16. num. 1. Emitte agnum Domini dominatorem terre de petra deserti. Maxime ponderandum, albedinem, quam divinus Spiritus denotat in hac petra deserti non conferri cum candore byssini, lini, sed cum nive. Nam byssinum, seu linum, ex sua primava origine nascuntur primo nigro viridi, vel flavo colore composita, tamen radiis Solis, ac humana industria dealbantur: at nix in suo candore multo majoribus privilegiis gaudet ac primo instanti suae congelationis, ac compositionis, sua niterente albedine resplendet; & cujuscunque alterius coloris mixturam a se excludit. Alii iusti, etsi in peccatis nascantur. Omnes in Adam peccaverunt. Roman. 5. num. 12. tamen radiis divinae gratiae, ac sua cooperatione, praesentia, ac contritione, mundatur, & inde dicitur Apocal. 3. num. 5. Vestitur vestimentis albis, & Apocal. 19. n. 14. Vestit byssino albo, & mundo, & David clamabat: Lavabis me, & super nivem dealabor. Psal. 50. num. 9. At puritas, & sanctitas Sacratissima Deiparae Altiter se habet; aliterque explicatur cum nive nempe Nunquid deficiet nix de petra. Nix semper candida a suo primo exordio, & nullo colore offuscatur, sic & Sacratissima Virgo semper candidissima; alba concipitur, alba generatur, alba nascitur sine ullius peccati rubigine. D. Amadeus homil. 2. de B. Virg. ait: Ave gratia plena, & semper plena, quam Spiritus sanctus sibi elegit in Sponsam. Semper fuit plena gratia, & nulla ex parte vacua ut aliquam peccati nigredinem contraheret. Septimo. Pro hac insigni puritate Virginis venit explicandus Zacharias Propheta. ap. 4. num. 7. dicens: Educet lapidem primum, & exagrabit gratiam gratiae ejus. Variè exponitur locus. Aliqui de Zorobabele interpretantur tamen communiter Patres de Christo Domino. Nostrer S. Cyrillus, D. Hieronymus, Rupertus, de ipso ait Apostolus Ephes. 2. num. 10. Ipsa summo Angulari lapide Christo Iesu. Tamen Rabbi Acados, ut refert Galatinus lib. 7. de Ananis, cap. 3. Virginem Deiparam in praesenti significari contendit, & hoc colligit ex verbo Thus, quod est feminini generis, ipsa enim constituta est a Deo ut in omnibus primarium tenens; & ipsa Sanctissima Virgo frequenter nomine lapidis significatur, ut patet ex antecedenti numero. Exequabit gratiam gratiae Sylveira Opuscula.

ejus, Syrus vertit. Protulit lapidem praestantissimum aequalitatis, & misericordiae. Arabicus. Hebraeus. Deipara nix tanquam nix semper alba & pura. cuius gratia aequalitas est gratiae. Hebraeus ponit similitudinem gratiae ejus; non quod gratia Deiparae habeat omnimodam similitudinem cum gratia Christi, quia gratia Christi fuit infinita in genere moris; gratia autem Deiparae quantum fuit possibilis purae creaturae; & ut cognoscas quod Propheta in praesenti loquitur de Virginis Conceptione. Expende verbum, Educet lapidem, id est, quando Deus ipsam primo produxit, creavit, & formavit, statim fuit ad similitudinem filii sui ut prodiret pura, innocens, immaculata, absque aliquo defectu ad imitationem filii sui, quia ex sua benignitate voluit, ut tanto privilegio ejus mater gauderet. Petrus Celsen. lib. de panibus, c. 12. ait: Mariam privilegio filii sui tota Deitatis gratia sepersusa. De quo plura quaest. 9.

QUESTIO VIII.

Mariana immunitas a primordialibus delictis habet ex jure maternitatis asseritur.

At D. Ambr. lib. 2. de Virg. Quid splendidius Dei Matre? Totus Marianus splendor, tota ejus nobilitas in puritate, justitia, ac sanctitate a suo filio genito Iesu nascitur, & exortor. Ait Iesai num. 1. Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Quam sit haec radix Jesse. Tertull. D. August. D. Ambr. de Benedictionib. Patriarch. c. 4. dicit: Radix familiae Judaeorum, virga Mariae, flos Mariae Christi, qui fletorem mundanae colluvionis abolevit, & odorem vitae aeternae infudit. Alii contendunt, quod David per radicem sic intelligendus, cui divinus flos Christus promissus est. Tamen genuinam expositionem nobis dat ipsemet Propheta Iesaias citato cap. 11. num. 10. cum ait: In illa die erit radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Quem locum ad litteram Divus Paulus Romae 15. num. 12. de Christo Domino exponit; ecce ut bene advertit Cardinalis Hugo, Quem prius florem vocavit, vocat nunc radicem Jesse, Christus, qui est ipsamet puritas, sanctitas ac fons totius gratiae, & justitiae, quia est flos Mariae, inde est illius radix, ac principium; virga totum quod in se habet, ab ipsa radice exortit & pullulat, nec potest habere aliquid diversum a sua radice. Haec virga Sanctissima Deipara, a sua radice Christo Iesu, qui est ejus flos exortit & pullulat; & cum ipse sit ipsamet puritas, justitia, ac sanctitas. In hac virga nihil potest esse alienum a justitia ac sanctitate hujus radices, sed totum, quod est illa est purum, sanctum, absque ulla labe tam in suo primo exortu, seu conceptione, quam in nativitate, & toto vitae cursu; inde in ipsa maxime resplendet divinitatis divinitas, cum a tali radice prodeat. Ad illa verba, quae Angelus dixit B. Joseph. Matth. 1. num. 20. Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, praclare explicans Origenes homilia 1. ex variis

Syrus. Arabicus. Hebraeus. Deipara nix tanquam nix semper alba & pura.

44. D. Ambr.

Iesai 11. Tertull. D. August. D. Ambr.

Rom. 15.

Rom. 15.

Puritas immaculata Virginis a filio provenit

Matth. 1.

Origenes